



81 Fragmentum lamellae argenteae insuper fastigatae, rep. et serv. una cum praecedente in museo Britannico, ubi ego tamen non vidi. Litterae punctis formatae sunt.



*Deo Marti] s(acrum) A.....nus...?*

Lysons rel. Rom. 2 tab. 39 fig. 10.

83 Dorchester, rep. a. 1730 in digging a sawpit behind the lion inn, on the westside of the town. Ara alta p. 3, lata p. 2 dig. 9, servabatur in Little Wittenham, quod praedium erat Georgii Oxenden baronis. Num adhuc extet ignoro.



Horsley p. 339 Oxfordsh. 1 cf. I. Ward apud eundem p. 352 (inde Wesseling ad itinerar. p. 483; ex hoc Mur. 12, 4; ex Horsleio item per Bimardum Mur. 130, 1; Goughs Camden 2 p. 28 et 1 tab. 17 fig. 11; ex Mur. et Saxii miss. 1 p. 39 Orell. 1806); Skelton illustrations of Oxfordshire (1823), Dorchesterhundred p. 2.

Cf. Henzen 5786 cancellis circumdati, 6774 aram et aediculam cum columnis et cancellis.

Nomen solvi solet *Vari(us)*; sed fuit fortasse *Vatr(ius)*.

84 85 86 In *Rockley Wood* (*Rockley Wood GOUGH*) prope *Nucelles* in *Barkway parish, Hertfordshire*, in fodina calcaria a. 1743 reperta sunt sigillum Martis gradientis aeneum (altum dig. 7), lamella aenea non scripta, septem lamellae argenteae inauratae, in quarum tribus Martis item signum opere anaglypho inter varia ornamenta conspicitur, in duabus Volcani, in reliquis ornamenta. Secundum formas quae folia vel flores exprimunt, lamellas ad signa militaria pertinere iudicavit LYS., sed hoc valde incertum est. Servantur in museo Britannico; litterae punctis indicantur lectuque difficiles sunt.

84 Folium altum dig. 21, latum 10

*In tabella ansata:*  
M A R T I  
T O V T A T I  
T I · C L A V D I V S P R I M V S  
A T T I I · L I B E R  
5 V · S · L · M

85 Folium altum dig. 8, latum circiter 4

*Mars armatus*  
*stans intra*  
*aediculam*  
*Infra in tabella ansata*  
*titulus scriptus est*  
*D · M A R T I · A L A T O R I*  
*D V M · C E N S O R I N V S*  
*G E M E L L I · F I L*  
V · S · L · M

86 Lamina Volcani imagine insignita, *in tabella ansata*  
MVLco

Contuli meaque causa denuo inspicerunt Aug. Franks et A. S. Murray amici Londinienses. J. Ward *philos. transact.* 43, 1745 p. 349 ss. tab. I II (inde Goughs Camden 2 p. 65) qui n. 86 omisit; D. Lysons rel. Brit. Rom. 2 tab. 40 et 41 fig. 2 et 4 (inde *Annales encyclopéd.* 5, 1818 p. 153 n. 84 tantum); Smart Lethieullier ms. 2 f. 99. 100 accurate.

84, 2 IOVIALI Ward de Diocletiano cogitans, IOVIALI Lys. LOVTATI Leth. τ primam perspicuum esse affirmant amici. 3 TB Ward, TP Lys. Teutates sine dubio a Marte hoc Toutate non diversus ex Lucano 1, 445 notus est. Cf. C. I. L. 3, 5320.

85, 1 ALATOR Ward de castris Alatorum cogitans. AEATORI Lys. Videtur ita legenda *d(eo) Marti Alatori Dum(nonius?) Censorinus Gemelli fil(ius) v. s. l. m.* 86 ΑΑΖ<Ο Lys.

## XII. CAMVLODVNV,

### COLONIA VICTRIX

(Colchester).

Accedunt *Essex, Suffolk, Norfolk, Cambridgeshire, Bedfordshire, Huntingdonshire*.

*Camulodunum Britanniae oppidum* primum a Plinio (n. h. 2 § 187) ex commentariis fortasse Agrippae memoratur. Dio deinde (60, 21) anno p. C. 43 Claudium post devictos ad Tamesim Britannos τὸ Καμουλόδουνον, τὸ τοῦ Κυροβελλίου βασίλειον cepisse refert. Ex Taciti autem narratione Ostorium Scapulam, consularium Britanniae secundum, redigisse paullatim in formam provinciae proximam partem Britanniae additamque insuper veteranorum coloniam (Agric. c. 14) deducendum est; atque ibi quidem nomen eius non addidit. Accuratus vero idem refert in annalibus (12, 32), scilicet anno p. C. 51, cum Iceni, Brigantes, Silures rebellassent, per P. Ostorium legatum coloniam *Camulodunum* (ita hic et deinceps liber Mediceus) valida veteranorum manu deductam in agros captivos, subsidium adversus rebelles et inbuendis sociis ad officia legum. Plura deinde de ea disserit ubi Boudiccae Icenorum reginae contra Suetonium Paulinum, legatum Neronis, rebellionem narrat (a. p. C. 61; cf. supra cap. XI p. 32). Ait enim in coloniam *Camulodunum* recens deductos veterans incolas domibus expulisse, agris exturbasse, captivos servos eos appellando, foventibus impotentiam veteranorum militibus similitudine vitae et spe eiusdem licentiae

(ann. 14, 31). Denuo igitur veterani eo deducti erant; tamen praeterea etiam praesidium erat militare, cum milites ibi in castris fuissent quamvis pauci. Pergit Tacitus ita: *ad hoc templum divo Claudio constitutum quasi arx aeternae dominationis aspiciebatur; delectique sacerdotes specie religionis omnis fortunas effundebant.* Addit deinde coloniam fuisse nullis munimentis saeptam, quod ducibus Romanis parum provisum esset dum amoenitati prius quam usui consuleretur; delapsum denique nulla palam causa *Camuloduni simulacrum Victoriae ac retro conversum, quasi cederet hostibus, aliaque portenta observata esse, antequam modica quae inerat militum manus una cum haud amplius ducentis a Cato Deciano procuratore in auxilium missis, sed sine iustis armis, qui in templum se congregavissent, biduo obsessi essent expugnatique.* Templi illius *Camulodunensis* festive memoriam fecisse Senecam in divi Claudiī ἀποστοληντωσει (c. 8 parum est quod templum in Britannia habet? quod hunc barbari colunt et ut deum orant μωρού εὐθάτου τυχεῖν?) dudum observatum est. Cum a Claudiī legato primum, ut videtur, veterani *Camulodunum* in coloniam deducti essent (Tacit. ann. 12, 32), Claudiæ ei nomen fuisse vulgo creditur;